

P A
6367
C5
1884
MAIN

UC-NRLF



⌘B 268 008

enary Classics

CICERO

Stories from

ROMAN HISTORY

G. E. JEANS M. A.

AND

A. V. JONES M. A.


YA 05336



Contracts

769d

1884





Digitized by the Internet Archive
in 2007 with funding from
Microsoft Corporation



STORIES OF ROMAN HISTORY

FROM

CICERO

769a
1884

73481



1 A63
C 5
1880
MA

CONTENTS.

THE SEVEN KINGS.

	PAGE
I. ROMULUS	1
753-716 B.C. De Rep. II. 2, 4.	
II. NUMA POMPILIUS	3
715-673 B.C. De Rep. II. 13, 25.	
III. TULLUS HOSTILIUS	4
673-640 B.C. De Rep. II. 17, 31.	
IV. ANCUS MARCIUS	4
640-616 B.C. De Rep. II. 18, 33.	
V. TARQUINIUS PRISCUS	5
615-578 B.C. (a) De Rep. II. 19, 34. (b) Livy I. 34. (c) De Rep. II. 20, 35. (d) De Div. I. 17, 32.	
VI. SERVIUS TULLIUS	7
577-534 B.C. De Rep. II. 21, 37.	
VII. TARQUINIUS SUPERBUS	7
534-509 B.C. (a) De Rep. II. 24, 45. (b) De Rep. XXX. 53.	

THE REPUBLIC.

VIII. THE FIRST CONSUL	9
Publius Valerius Publicola. 509 B.C. De Rep. II. 31, 54.	

	PAGE
IX. A HAUGHTY PATRICIAN	10
Gnaeus Marcius Coriolanus, 490 B.C. Brutus X. 41.	
X. A GENEROUS PATRICIAN	10
Spurius Cassius, 486 B.C. De Rep. II. 35, 60.	
XI. REPUBLICAN SIMPLICITY	11
Lucius Quinctius Cincinnatus and Manius Curius Dentatus, 458 and 274 B.C. De Sen. XVI. 55.	
XII. A DUTIFUL SON, BUT A CRUEL FATHER	12
Titus Manlius Torquatus, 362 B.C. De Off. III. 81, 112.	
XIII. A FAMILY OF PATRIOTS	13
The Decii, 340, 295, and 279 B.C. De Div. I. 24, 51.	
XIV. A VIGOROUS OLD AGE	14
Marcus Valerius Corvus, 371-271 B.C. De Sen. XVII. 60.	
XV. PATRIOTISM	15
Spurius Postumius, 321 B.C.; and Gaius Mancinus, 187 B.C. De Off. III. 30, 109.	
XVI. A GRAND OLD MAN	16
Appius Claudius the Blind, 280 B.C. De Sen. VI. 15.	
XVII. HONOUR BETWEEN ENEMIES	18
Gaius Fabricius Luscinus, 278 B.C. De Off. III. 22, 86.	
XVIII. AN IRREVERENT CONSUL	19
Publius Claudius Pulcher, 249 B.C. De Nat. Deor. II. 3, 7.	
XIX. A MARTYR FOR HIS COUNTRY	20
Marcus Attilius Regulus, 250 B.C. De Off. III. 26, 99.	
XX. A CONTRAST	21
The too cunning Ambassador, 216 B.C. De Off. III. 32, 113.	
XXI. WARNINGS NEGLECTED	22
Gaius Flaminius, 217 B.C. De Div. I. 35, 77.	
XXII. A PATIENT GENERAL	23
Quintus Fabius Maximus Cunctator, 216 B.C. De Sen. IV. 10.	

CONTENTS.

vii

PAGE


XXIII. THE LAST OF THE OLD ROMANS	25
Marcus Porcius Cato, the Censor, 184 B.C. De Off. I. 11, 36.	
XXIV. A SUMMARY	26
De Rep. II. 1, 2.	
ABBREVIATIONS	27
NOTES	28
EXERCISES	47
INDEX OF PROPER NAMES	65
VOCABULARY	70
INDEX TO VOCABULARY	89
MAPS—	
ITALY	<i>Front.</i>
ROME	viii





1 Roman Mile.
 0 1 2 3 4 5 6 7 8 Stadia.
 1 English Mile.
 0 1000 2000 3000 4000 5380 Feet.

ROMA.



STORIES OF ROMAN HISTORY FROM CICERO.

THE SEVEN KINGS OF ROME.

I. ROMULUS, THE FOUNDER OF ROME—753-716 B.C.

(De Rep. II. 2, 4.)

(a) *Legend of his birth, and rise to be King.*

Quod habemus tam clarum ac tam omnibus notum exordium quam huius urbis condendae principium profectum a Romulo? qui patre Marte natus dicitur cum Remo fratre ab Amulio, rege Albano, ob labefactandi regni timorem ad Tiberim exponi iussus esse: quo in loco cum esset silvestris beluae sustentatus uberibus, pastoresque eum sustulissent et in agresti cultu laboreque aluissent, perhibetur, ut adoleverit, et corporis viribus et animi ferocitate tantum ceteris praestitisse, ut omnes, qui tum eos agros ubi hodie est haec urbs incolebant, aequo animo illi libenterque parerent. Quorum copiis cum se ducem praebuisset — ut iam a fabulis ad facta veniamus — oppressisse Longam Albam, validam urbem et potentem temporibus illis, Amuliumque regem interemisse fertur.

(b) *Why he chose the site of Rome for his city.*

15 Qua gloria parta Romulus urbi locum incredibilem opportunitate delegit. Neque enim ad mare admovit, sed hoc vir excellenti providentia sensit ac vidit, non esse opportunissimos situs maritimos urbibus eis quae ad spem diuturnitatis conderentur atque imperi; quod essent urbes
 20 maritimae non solum multis periculis oppositae sed etiam caecis. Qui potuit igitur divinitus et utilitates maritimas complecti Romulus, et vitia vitare? Urbem perennis annis et aequabilis et in mare late influentis posuit in ripa, quo posset urbs et accipere ex mari quo egeret, et
 25 reddere quo redundaret; eodemque ut flumine res ad cultum victumque maxime necessarias non solum mari absorberet, sed etiam invectas acciperet ex terra. Hanc rerum tantam potentiam non ferme facilius alia in parte Italiae posita urbs tenere potuisset. Urbis autem ipsius
 30 definitus est ductus muri ex omni parte arduis praeruptisque montibus, ut ita munita arx quasi circumciso saxo niteretur; ut etiam in illa tempestate horribili Gallici adventus incolumis atque intacta permanserit. Locumque delegit et fontibus abundantem et in regione pestilenti
 35 salubrem; colles enim sunt, qui, cum perflantur ipsi, tum afferunt umbram vallibus.

(c) *Romulus is taken up to heaven, and afterwards worshipped as the God Quirinus.*

Romulus, cum septem et triginta regnavisset annos, et haec egregia duo firmamenta rei publicae peperisset, auspicia et senatum, tantum est consecutus ut, cum subito sole

obscurato non comparuisset, deorum in numero collocatus 40
putaretur: quam opinionem nemo unquam mortalis adsequi
potuit sine eximia virtutis gloria.

II. THE SECOND KING, NUMA POMPILIUS, THE SABINE— 715-673 B.C.

(De Rep. II. 13, 25.)

Cum aliis esse praestantem Numam Pompilium fama
ferret, praetermissis suis civibus regem alienigenam patri-
bus auctoribus sibi ipse populus adscivit; eumque ad reg-
nandum, Sabinum hominem, Romam Curibus accivit.
Qui ut huc venit, homines Romanos instituto Romuli 5
bellicis studiis quod vidit incensos existimavit eos paulum
ab illa consuetudine esse revocandos. Ac primum agros
quos bello Romulus ceperat divisit viritim civibus, docuit-
que sine depopulatione atque praeda eos colendis agris
abundare commodis omnibus, amoremque eis otii et pacis 10
iniecit, quibus facillime iustitia et fides convalescit, et
quorum patrocínio maxime cultus agrorum perceptioque
frugum defenditur. Adiunxit praeterea flamines, Salios,
virginesque Vestales, omnesque partes religionis statuit
sanctissime. Quibus rebus institutis ad humanitatem 15
atque mansuetudinem revocavit animos hominum studiis
bellandi iam immanes ac feros. Sic ille, cum unde-
quadraginta annos summa in pace concordiaque regna-
visset, excessit e vita; duabus praeclarissimis ad diu-
turnitatem rei publicae rebus confirmatis, religione atque 20
clementia.

III. THE THIRD KING, TULLUS HOSTILIUS—
673-640 B.C.

(De Rep. II. 17, 31.)

Mortuo rege Pompilio Tullum Hostilium populus regem, interrege rogante, comitiis curiatis creavit, cuius excellens in re militari gloria, magnaëque exstiterunt res bellicae. Constituitque ius quo bella indicerentur; ut omne bellum
5 quod denuntiatum indictumque non esset, id iniustum esse atque impium iudicaretur. Et ut advertatis animum, quam sapienter iam reges hoc nostri viderint tribuenda quaedam esse populo—multa enim nobis de eo genere dicenda sunt—ne insignibus quidem regiis Tullus, nisi
10 iussu populi, est ausus uti.

IV. THE FOURTH KING, ANCUS MARCIUS—640-616 B.C.

(De Rep. II. 18, 33.)

Post eum Numae Pompili nepos ex filia rex a populo est Ancus Marcius constitutus; itemque de imperio suo legem curiatam tulit. Qui cum Latinos bello devicisset adscivit eos in civitatem. Atque idem Aventinum et
5 Caelium montem adiunxit urbi; quosque agros ceperat divisit; et ad ostium Tiberis urbem condidit colonisque firmavit. Atque ita cum tres et viginti regnavisset annos est mortuus.

V. THE FIFTH KING, TARQUINIUS PRISCUS—
615-578 B.C.

(De Rep. II. 19, 34.)

(a) *His origin.*

Fuisse quendam ferunt Demaratum Corinthium, et honore et auctoritate et fortunis facile civitatis suae principem, qui, cum Corinthiorum tyrannum Cypselum ferre non potuisset, fugisse cum magna pecunia dicitur, ac se contulisse Tarquinius, in urbem Etruriae florentissimam. Cumque audiret dominationem Cypseli confirmari, defugit patriam vir liber ac fortis, et adscitus est civis a Tarquiniensibus, atque in ea civitate domicilium ac sedes collocavit.

(b) *He removes from Tarquinii to Rome.*

[The part which in Cicero here followed is lost. Its place is therefore supplied by a passage from Livy, I. 34.]

Uxore ibi ducta duos filios Demaratus genuit. Nomina his Lucumo atque Arruns fuerunt. Lucumo superfuit patri bonorum omnium heres; Arruns prior quam pater moritur. Spertentibus Etruscis Lucumonem exsule advena ortum, ferre indignitatem Tanaquil, uxor eius, non potuit; oblitaque ingenitae erga patriam caritatis, dum modo virum honoratum videret, consilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Roma est ad id potissimum visa. In novo populo futurum esse locum forti ac strenuo viro; arcessitum in regnum Numam a Curibus, et Ancum Sabina

20 matre ortum esse. Sublatis itaque rebus commigrant Romam, ubi facile in civitatem receptus est.

(c) *He is elected King.*

(De. Rep. II. 20, 35.)

Erat in eo summa comitas, summa in omnes cives opis, auxili, defensionis, largiendi etiam benignitas. Itaque, mortuo Marcio, cunctis populi suffragiis rex est creatus L. 25 Tarquinius. Isque principio duplicavit illum pristinum patrum numerum, et antiquos patres *maiorum gentium* appellavit, quos priores sententiam rogabat; a se adscitos, *minorum*. Atque eundem primum ludos maximos, qui Romani dicti sunt, fecisse accepimus; aedemque in 30 Capitolio Iovi Optimo Maximo bello Sabino vovisse faciendam; mortuumque esse cum duodequadraginta regnavisset annos.

(d) *The story of Tarquinius and the Augur.*

(De Div. I. 17, 32.)

Prisco regnante Tarquinio augur erat Attus Navius in magno nomine ac gloria. Cuius cum tentaret scientiam 35 auguratus, rex dixit ei cogitare se quiddam; id possetne fieri consuluit. Ille augurio acto posse respondit. Tarquinius autem dixit, se cogitasse cotem novacula posse praecidi. Tum Attium iussisse experiri. Ita cotem in comitium adlatam, inspectante et rege et populo, nova- 40 cula esse discisam. Ex eo evenit ut et Tarquinius augure Atto Navio uteretur, et populus de suis rebus ad eum referret. Cotem autem illam et novaculam defossam in comitio, supraque impositum puteal accepimus.

VI. THE SIXTH KING, SERVIUS TULLIUS—577-534 B.C.

(De Rep. II. 21, 37.)

Post eum Servius Tullius primus non iussu sed concessu et voluntate populi regnavisse traditur; quem ferunt ex serva Tarquiniensi natum. Qui cum famulorum numero educatus ad epulas regis adsisteret, non latuit scintilla ingeni quae iam tum elucebat in puero; sic erat in omni vel officio vel sermone sollers. Itaque Tarquinius, qui admodum parvos tum haberet liberos, sic Servium diligebat ut is eius vulgo haberetur filius; atque eum summo studio omnibus eis artibus quas ipse didicerat erudiit. Sed cum Tarquinius insidiis Anci filiorum interiisset, et ex vulnere aeger fuisse et vivere falso diceretur, ille regio ornatu ius dixit, obaeratosque sua pecunia liberavit, multaue comitate usus a populo tandem iussus est regnare.

VII. THE SEVENTH AND LAST KING, TARQUINIUS

SUPERBUS—534-509 B.C.

(De Rep. II. 24, 45.)

(a) *His bad reign.*

Tarquino, quamvis iniusto domino atque acerbo, aliquamdiu in rebus gerendis prospere fortuna comitata est. Nam et omne Latium bello devicit, et Suessam

Pometiam, urbem opulentam refertamque cepit; et
 5 maxima auri argentique praeda locupletatus votum patris
 Capitolii aedificatione persolvit, et colonias deduxit, et
 dona magna quasi libamenta praedarum Delphos ad
 Apollinem misit. Sed primum optimi regis caede
 maculatus integra mente non erat, et, cum metueret ipse
 10 poenam sceleris sui summam, metui se volebat. Deinde
 victoria divitiisque subnixus exultabat insolentia, neque
 suos mores regere poterat, neque suorum libidines.
 Itaque cum maior eius filius Lucretiae, Collatini uxori,
 vim attulisset, mulierque pudens et nobilis ob illam
 15 iniuriam sese ipsa morte multavisset, tum vir ingenio et
 virtute praestans, L. Brutus, depulit a civibus suis
 iniustum illud durae servitutis iugum. Quo auctore et
 principe concitata civitas, et hac recenti querella Lucretiae
 patris et propinquorum, et recordatione superbiae
 20 Tarquini, multarumque iniuriarum et ipsius et filiorum,
 exulem et regem ipsum et liberos eius et gentem
 Tarquiniorum esse iussit.

(b) *End of the Kingdom.*

(De Rep. XXX. 53.)

His autem regiis quadraginta annis et ducentis paulo
 cum interregnis fere amplius praeteritis, expulsoque Tar-
 25 quinio, tantum odium populum Romanum regalis nominis
 tenuit, quantum tenuerat post obitum vel potius excessum
 Romuli desiderium. Itaque ut tum carere rege, sic pulso
 Tarquinio nomen regis audire non poterat.

THE REPUBLIC.

VIII. PUBLIUS VALERIUS PUBLICOLA, FIRST CONSUL
OF ROME—509 B.C.

(De Rep. II. 31, 54.)

On the expulsion of the Tarquins, the Senate elected Lucius Iunius Brutus, who had taken the chief part in it, and Tarquinius Collatinus, to be joint rulers, with the name of *Consul*. But the people would not accept Collatinus, because he was related to the kingly family ; so Valerius was elected in his stead, and ruled so prudently that he was called Publicola (*populus-colo*), *i.e.* the Friend of the People.

Hac mente tum nostri maiores et Collatinum innocentem suspicione cognationis expulerunt, et reliquos Tarquinius offensione nominis. Eademque mente P. Valerius et fasces primus demitti iussit, cum dicere in contione coepisset, et aedes suas detulit sub Veliam, postea quam, 5
quod in excelsiore loco Veliae coepisset aedificare, eo ipso ubi rex Tullus habitaverat, suspicionem populi sensit moveri. Idemque, in quo fuit Publicola maxime, legem ad populum tulit eam quae centuriatis comitiis prima lata est, ne quis magistratus civem Romanum adversus provo- 10
cationem necaret neve verberaret. Itaque Publicola lege illa de provocatione perlata, statim secures de fascibus demi iussit, postridieque sibi collegam Sp. Lucretium subrogavit, suosque ad eum, quod erat maior natu, lictores transire iussit ; instituitque primus ut singulis consulibus 15
alternis mensibus lictores praeirent, ne plura insignia

essent imperi in libero populo quam in regno fuissent. Haud mediocris hic vir fuit, qui modica libertate populo data facilius tenuit auctoritatem principum.

IX. GNAEUS MARCIUS CORIOLANUS—490 B.C.

A HAUGHTY PATRICIAN.

(Brutus X. 41.)

Shakespeare has written a tragedy on the subject of Coriolanus. The legend is that he had won a great many battles for the Romans, but made himself so hated by the plebeians that he was banished and became the general of the Volscians, the enemies of the Romans. He then advanced against Rome, but at the entreaty of his mother withdrew his army, and died in exile at Corioli, the capital of the Volscians.

Nostra civitate non ita pridem dominatu regio liberata, bellum Volscorum gravissimum erat, cui Coriolanus exsul interfuit, eodem fere tempore quo Persarum bellum fuit; similisque fortuna clarorum virorum Coriolani et Themistoclis; si quidem uterque, cum civis egregius fuisset, populi ingrati pulsus iniuria se ad hostes contulit, conatumque iracundiae suae morte sedavit.

X. SPURIUS CASSIUS—486 B.C.

A GENEROUS PATRICIAN.

(De Rep. II. 35, 60.)

Spurius Cassius was a champion of the rights of the plebeians, and was therefore, like Spurius Maelius (see No. XI.), put to death by the patricians on the charge of trying to make himself king. The legend that his own father condemned him occurs in many of the Roman stories, especially that of Manlius, No. XII.

Quo in statu rei publicae Sp. Cassium de occupando regno molientem, summa apud populum gratia florentem, quaestor accusavit; eumque cum pater in ea culpa comperisse se dixit, cedente populo, morte mactavit.

XI. CINCINNATUS AND CURIUS—458 AND 274 B.C.

REPUBLICAN SIMPLICITY.

(De Sen. XVI. 55.)

Lucius Quinctius Cincinnatus, one of the most famous heroes of old Rome, was twice made Dictator. The first time was 458 B.C., when the messengers of the Senate, who came to tell him that he was made Dictator, found him driving the plough. The second time, 439 B.C., he was elected in order to put down Spurius Maelius, who, like Spurius Cassius (No. X.), was the champion of the plebeians. Cincinnatus sent for Maelius to put him to death; and when he refused to come, Gaius Servilius Ahala, the Master of the Horse, slew him.

Manius Curius Dentatus conquered the Sabines and Samnites, and drove Pyrrhus, King of Epirus, out of Italy. It was in his third consulship, 274 B.C., that the ambassadors of the Samnites, bringing him a large present of gold, found him roasting his dinner of turnips, and were rebuffed, as Cicero here describes.

In rustica vita M'. Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumpsit extremum tempus aetatis. Curio autem ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent repudiati sunt. Non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed eis 5 qui haberent aurum imperare. Poteratne tantus animus non efficere iucundam senectutem? In agris tum erant senatores, id est senes; si quidem aranti L. Quinctio Cin

cinnato nuntiatum est eum dictatorem esse factum; cuius
 10 dictatoris iussu magister equitum C. Servilius Ahala Sp.
 Maelium regnum appetentem occupatum interemit. A villa
 in senatum arcessebantur et Curius et ceteri senes; ex quo
 qui eos arcessebant viatores nominati sunt. Num igitur
 horum senectus miserabilis fuit qui se agri cultione
 15 oblectabant? Mea quidem sententia haud scio an nulla
 beatior possit esse.

XII. TITUS MANLIUS TORQUATUS—362 B.C.

A DUTIFUL SON, BUT A CRUEL FATHER.

(De Off. III. 31, 112.)

L. Manlio, A. F., cum dictator fuisset, M. Pomponius,
 tr. pl., diem dixit quod is paucos sibi dies ad dictaturam
 gerendam addidisset; criminabatur etiam quod T. filium,
 qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus rele-
 5 gasset, et ruri habitare iussisset. Quod cum audivisset
 adulescens filius negotium exhiberi patri, accurrisse Ro-
 man, et cum prima luce Pomponi domum venisse dicitur.
 Cui cum esset nuntiatum, qui illum iratum adlaturum
 ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit e
 10 lectulo, remotisque arbitris ad se adulescentem iussit
 venire. At ille ut ingressus est confestim gladium de-
 strinxit, iuravitque illum statim interfecturum nisi ius iur-
 andum sibi dedisset se patrem missum esse facturum.
 Iuravit hoc terrore coactus Pomponius; rem ad populum
 15 detulit; docuit cur sibi causa desistere necesse esset;
 Manlium missum fecit. Tantum temporibus illis ius iur-
 andum valebat.

Hic T. Manlius is est qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto cognomen invenit ; cuius tertio consulatu Latini ad Vesperim fusi ac fugati : 20 magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem idem acerbe severus in filium erat ; quem securi percussit quod, adversus edictum, in Geminum Mettium, equitem Tusculanum, pugnavisset.

XIII. THE DECII—340, 295, and 279 B.C.

A FAMILY OF PATRIOTS.

(De Div. I. 24, 51.)

The Decii, though plebeians, were among the most famous of Roman families, because three of them in succession, all called P. Decius Mus, devoted themselves to death for the sake of their country. The first of them was consul with Manlius (No. XI.) in 340 B.C. When the Romans were encamped against the Latins, before the battle of Vesperis, the consuls saw a vision that the general on one side and the army on the other must fall. Hereupon Decius covered his head, and rushed into the battle to his death, while the Latins were utterly routed. His son did the same at the battle of Sentinum, in Etruria, 295 B.C. ; and his grandson (according to one tradition), likewise, in the war against King Pyrrhus of Epirus, at the battle of Asculum in Apulia, 279 B.C.

(a) P. Decius ille, Q. F., qui primus e Deciis consul fuit, cum esset tr. mil., M. Valerio, A. Cornelio coss., a Samnitibusque premeretur noster exercitus, cum pericula proeliorum iniret audacius, monereturque ut cautior esset, dixit (quod exstat in annalibus) : sibi in somnis visum esse, 5 cum in mediis hostibus versaretur, occidere cum maxima

gloria. Et tum quidem incolumis exercitum obsidione liberavit. Post triennium autem, cum consul esset, devovit se, et in aciem Latinorum inrupit armatus. Quo
 10 eius facto superati sunt et deleti Latini. Cuius mors ita gloriosa fuit ut eandem concupisceret filius.

(b) *Effect of their example.*

(Tusc. Disp. I. 37, 89.)

Quotiens non modo ductores nostri sed universi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt! Quae quidem si timeretur, non L. Brutus arcens eum reditu
 15 tyrannum quem ipse expulerat in proelio concidisset; non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos, se hostium telis obiecissent.

XIV. MARCUS VALERIUS CORVUS—371-271 B.C.

A VIGOROUS OLD AGE.

(De Sen. XVII. 60.)

Marcus Valerius was called Corvus (*i.e.* the Raven), because, in the war against the Gauls, while he was fighting their champion in single combat, a raven settled on the head of the Gaul and blinded him, so that he was slain. Corvus lived to be nearly 100 years old; he was six times consul, and twice dictator, and was one of the greatest of Roman generals.

Non aetas impedit quominus et ceterarum rerum, et in primis agri colendi studia teneamus usque ad ultimum tempus aetatis. M. quidem Valerium Corvum accepimus ad centesimum annum perduxisse, cum esset acta iam

aetate in agris, eosque coleret. Cuius inter primum et 5
 sextum consulatum sex et quadraginta anni interfuerunt.
 Itaque quantum spatium aetatis maiores nostri ad senec-
 tutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum
 fuit; atque eius extrema aetas hoc beatior quam
 media, quod auctoritatis plus habebat, laboris vero 10
 minus.

XV. SPURIUS POSTUMIUS—321 B.C. ; AND GAIUS
 MANCINUS—137 B.C.

PATRIOTISM.

(De Off. III. 30, 109.)

In the year 321 the Samnite general, Gaius Pontius, entrapped the Roman army—under the consuls Postumius and Veturius—in the narrow pass of Caudium, and took them all prisoners. The consuls then signed a treaty very favourable to the Samnites, and the prisoners were dismissed, except 600 hostages. Postumius himself then moved that the treaty should be refused, and the hostages given back; which was done, but the noble Pontius refused to receive them. Thirty years later Pontius himself was taken prisoner, and the Romans actually beheaded him.

Gaius Hostilius Mancinus was consul in 137 B.C., when, being defeated by the people of Numantia in Spain, he acted just as Postumius had done, and was given up to the Numantines, who refused to receive him.

Quintus Pompeius was consul four years before Mancinus, and made a deceitful treaty with the people of Numantia, but, when the Numantines had performed their part, urged the senate not to accept it.

T. Veturius et Sp. Postumius cum iterum consules essent, quia, cum male pugnatum apud Caudium esset,

legionibus nostris sub iugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt eis, iniussu enim populi senatusque fecerant: eodemque tempore Ti. Numicius, Q. Maelius, qui tum tr. pl. erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitium repudiaretur. Atque huius deditio ipse Postumius qui dedebatur suasor et auctor fuit. Quod idem multis annis post C. Mancinus; qui ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate foedus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam quam P. Furius, S. Attilius ex S.C. ferebant: qua accepta est hostibus deditus. Honestius hic quam Q. Pompeius; quo, cum in eadem causa esset, deprecante accepta lex non est. Hic ea quae videbatur utilitas plus valuit quam honestas; apud superiores utilitatis species falsa ab honestatis auctoritate superata est.

XVI. APPIUS CLAUDIUS THE BLIND—280 B.C.

A GRAND OLD MAN.

(De Sen. VI. 15.)

Appius Claudius, who was censor, consul, and dictator, began the great Appian road from Rome to Capua and Brundisium. In the year 280 B.C. King Pyrrhus sent ambassadors to propose a peace, but the blind old statesman was led in, and spoke so vehemently against it that it was rejected. This scene is often compared to one in our own House of Lords, when the great Lord Chatham was led in to make his last protest against yielding to our American colonies.

Num a rebus gerendis senectus abstrahit? Quibus? An eis quae geruntur iuventute et viribus? Nullaene

igitur res sunt seniles quae vel infirmis corporibus animo tamen administrentur. Ad Appi Claudii senectutem accedebat etiam ut caecus esset : tamen is, cum sententia 5 senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho foedusque faciendum, non dubitavit dicere illa quae versibus prosecutus est Ennius—

‘ Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant
Antehac, dementes sese flexere viai ? ’

10

ceteraque gravissime ; notum enim carmen est et tamen ipsius Appi exstat oratio. Atque haec ille egit septimo decimo anno post alterum consulatum, cum inter duos consulatus anni decem interfuissent, censorque ante superiorem consulatum fuisset, ex quo intellegitur Pyrrhi bello 15 grandem sane fuisse ; et tamen sic a patribus accepimus. Nihil igitur afferunt qui in re gerenda versari senectutem negant, similesque sunt ut si qui gubernatorem in navigando nihil agere dicant, cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant, ille autem clavum 20 tenens quietus sedeat in puppi. Non facit ea quae iuvenes ; at vero multo maiora et meliora facit. Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia ; quibus non modo non orbari sed etiam augeri senectus 25 solet.

XVII. GAIUS FABRICIUS LUSCINUS—278 B.C.

HONOUR BETWEEN ENEMIES.

(De Off. III. 22, 86.)

Fabricius was one of the greatest Roman generals in the war against King Pyrrhus (see Nos. XI., XIII., and XVI.) He was consul in this year 278, when Pyrrhus' physician offered to poison his master. Pyrrhus, it is said, was so gratified by the generosity of the Roman consuls that he released their prisoners without ransom.

Cum rex Pyrrhus populo Romano bellum ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potenti, perfuga ab eo venit in castra Fabrici, consulis iterum, eique est pollicitus *si praemium sibi*
 5 *posuisset, se, ut clam venisset, sic clam in castra Pyrrhi rediturum, et eum veneno necaturum.* Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum, idque eius factum laudatum a senatu est. Atqui si speciem utilitatis opinionemque quaerimus, magnum illud bellum perfuga unus et
 10 gravem adversarium imperi sustulisset: sed magnum dedecus et flagitium, quicum laudis certamen fuisset, eum non virtute sed scelere superatum. Utrum igitur utilius vel Fabricio, qui talis in hac urbe qualis Athenis Aristides fuit, vel senatui nostro, qui numquam utilitatem
 15 a dignitate seiunxit, armis cum hoste certare, an venenis? Si gloriae causa imperium expetendum est, scelus absit, in quo non potest esse gloria; sin ipsae opes expetuntur quoquo modo, non poterunt utiles esse cum infamia.

XVIII. PUBLIUS CLAUDIUS PULCHER—249 B.C.

AN IRREVERENT CONSUL.

(De Nat. Deor. II. 3, 7.)

Publius Claudius was son of Appius Claudius the Blind (XVI.) He was consul, 249 B.C., in the First Punic War. He attacked the Carthaginian fleet at Drepanum, in Sicily, and was utterly defeated; owing (as the Romans believed) to his contempt for the omens, which were always taken before a battle. The fleet of his colleague, L. Iunius, the plebeian consul, was wrecked about the same time.

Gaius Flaminius was consul 217 B.C. He was utterly defeated by Hannibal at the great battle of Lake Trasimenus, in Etruria, where he was killed. This defeat also was believed to have been caused by neglecting the omens. The story is told more fully in No. XXI.

Nihilne nos P. Claudi bello Punico primo temeritas movebit, qui etiam per iocum deos irridens, cum cavea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, ut biberent quoniam esse nollent? Qui risus classe devicta multas ipsi lacrimas, magnam populo Romano cladem 5 attulit. Quid? collega eius Iunius eodem bello non tempestate classem amisit, cum auspiciis non paruisset? Itaque Claudius a populo condemnatus est, Iunius necem sibi ipse conscivit. C. Flaminium Caelius religione neglecta cecidisse apud Trasimenum scribit, cum magno 10 rei publicae vulnere. Quorum exitio intellegi potest, eorum imperiis rem publicam amplificatam qui religionibus paruisent: et si conferre volumus nostra cum externis, ceteris rebus aut pares aut etiam inferiores reperiemur, religione, id est cultu deorum, multo superiores. 15

XIX. MARCUS ATTILIUS REGULUS—250 B.C.

A MARTYR FOR HIS COUNTRY.

(De Off. III. 26, 99.)

In the First Punic War, 255 B.C., Regulus, the Roman consul, was defeated near Carthage by the Carthaginians, under a Spartan general named Xanthippus. Five years afterwards he was allowed to go to Rome, under an oath that he would return to Carthage if he did not persuade the Senate to make peace and exchange prisoners. But, like Spurius Postumius and Gaius Mancinus (No. XV.), he urged the Senate to refuse to make peace, and calmly returned to Carthage to be put to death in frightful tortures. The story is one of the most famous in the Roman annals, but happily the tortures at least are very doubtful. Horace has written a celebrated Ode (III. 5) on Regulus.

M. Attilius Regulus, cum consul iterum in Africa ex insidiis captus esset, duce Xanthippo Lacedaemonio, imperatore autem patre Hannibalis Hamilcare, iuratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi essent Poenis
 5 captivi nobiles quidam, rediret ipse Karthaginem. Is cum Roman venisset utilitatis speciem videbat; sed eam, ut res declarat, falsam iudicavit. Quae erat talis: manere in patria; esse domi suae cum uxore, cum liberis; quam calamitatem accepisset in bello communem fortunae
 10 bellicae iudicantem, tenere consularis dignitatis gradum. Quis haec negat esse utilia? Magnitudo animi et fortitudo negat. Num locupletiores quaeris auctores? Harum enim est virtutum proprium nihil extimescere, omnia humana despiciere, nihil quod homini
 15 accidere possit intolerandum putare. Itaque quid fecit?

In senatum venit; mandata exposuit; sententiam ne diceret recusavit; *quam diu iure iurando hostium teneretur non esse se senatorem.* Atque illud etiam—*o stultum hominem, dixerit quispiam, et repugnantem utilitati suae!*—reddi captivos negavit esse utile: *illos enim adolescentes 20 esse et bonos duces, se iam confectum senectute.* Cuius cum valuisset auctoritas captivi retenti sunt, ipse Karthaginem rediit; neque eum caritas patriae retinuit nec suorum. Neque vero tum ignorabat se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci; sed ius iurandum con- 25 servandum putabat. Itaque tum, cum resectis palpebris, illigatus in machina, vigilando et fame necabatur, erat in meliore causa quam si domi senex captivus, periurus consularis, remansisset.

XX. THE TOO CUNNING AMBASSADOR—216 B.C.

A CONTRAST TO REGULUS.

(De Off. III. 32, 113.)

At the great battle of Cannae, in Apulia, 216 B.C., Hannibal utterly routed the Romans under the consuls Aemilius Paullus and Varro, and killed about 50,000 men, including Aemilius. Yet even after this terrible disaster the Senate refused to make any concessions, and at last Hannibal was driven out of Italy.

Ut laudandus Regulus in conservando iure iurando, sic decem illi quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Hannibal, *se in castra redituros ea quorum potiti erant Poeni, nisi de redimendis captivis impetravissent, si non redierunt, vituperandi.* De quibus non 5 omnes uno modo; nam Polybius, bonus auctor in primis,

scribit *ex decem nobilissimis qui tum erant missi novem revertisse, a senatu re non impetrata; unum, qui paulo post quam erat egressus e castris redisset, quasi aliquid*
 10 *esset oblitus, Romae remansisse.* Reditu enim in castra liberatum se esse iure iurando interpretabatur: non recte; fraus enim dstringit, non dissolvit periurium. Fuit igitur stulta calliditas perverse imitata prudentiam. Itaque decrevit senatus ut ille veterator et callidus vinctus ad
 15 Hannibalem duceretur.

The Senate refuses to redeem the captives.

Sed illud maximum. Octo hominum milia tenebat Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis aufugissent, sed qui relictis in castris fuissent a Paulo et Varrone coss. Eos senatus non censuit redi-
 20 mendos, cum id parva pecunia fieri posset, ut esset insitum militibus nostris aut vincere aut emori. Qua quidem re audita fractum animum Hannibalis scribit idem, *quod senatus populusque Romanus rebus afflictis tam excelso animo fuisset.* Sic honestatis comparatione ea quae
 25 videntur utilia vincuntur.

XXI. GAIUS FLAMINIUS, 217 B.C.

WARNINGS NEGLECTED.

(De Div. I. 35, 77.)

For an account of Flaminius see the Introduction to No. XVIII.

Bello Punico secundo C. Flaminius, cos. iterum, neglexit signa rerum futurarum, magna cum clade rei publicae. Nam, exercitu lustrato, cum Arretium versus castra

movisset, et contra Hannibalem legiones duceret, et ipse
 et equus eius ante signum Iovis Statoris sine causa repente 5
 concidit; nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut
 peritis videbatur, ne committeret proelium. Idem cum
 tripudio auspicaretur, pullarius diem proeli committendi
 differebat. Tum Flaminius ex eo quaesivit, si ne postea
 quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. Cum 10
 ille *quiescendum* respondisset, Flaminius: *Praeclara vero*
auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis
nihil geretur! Itaque signa convelli et se sequi iussit.
 Quo tempore cum signifer primi hastati signum non posset
 movere loco, nec quidquam proficeretur plures cum acce- 15
 derent, Flaminius, re nuntiata, suo more neglexit. Itaque
 tribus horis concisus exercitus, atque ipse interfectus est.
 Magnum illud etiam, quod addidit Caelius, eo tempore
 ipso cum hoc calamitosum fieret proelium tantos terrae
 motus in Liguribus, Gallia, compluribusque insulis, totaque 20
 in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis
 locis labes factae sint, terraeque desederint, fluminaque in
 contrarias partes fluxerint, atque in amnes mare influxerit.

XXII. QUINTUS FABIVS MAXIMVS, 216 B.C.

A PATIENT GENERAL.

(De Sen. IV. 10.)

After the terrible battle of Cannae (No. XX.), Fabius Maxi-
 mus was chosen general. He was called *Cunctator*, the Lingerer,
 because his policy was never to fight a battle with Hannibal,
 but to exhaust his army by continually moving about and
 cutting off the supplies. This made it possible for the Roman

army in time to recover from the great disaster, and at last to drive Hannibal out of Italy. Fabius was consul five times.

Cicero has made a mistake in this piece. It was not Marcus Livius *Salinator* (one of the consuls who defeated Hasdrubal at the battle of the Metaurus, 207 B. C.), but Marcus Livius *Macatus* who lost Tarentum.

Q. Maximus et bella gerebat ut adulescens cum plane grandis esset, et Hannibalem iuveniliter exsultantem patientia sua mollebat ; de quo praeclare noster Ennius :

Unus homo nobis cunctando restituit rem ;

5 *Non ponebat enim rumores ante salutem.*

Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

Tarentum vero, qua vigilantia, quo consilio recepit ! cum quidem Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti : *Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti ; Certe, inquit ridens ; nam nisi tu amisisses numquam recepissem.* Nec vero in armis praestantior quam in toga ; qui cos. iterum, Sp. Carvilio collega quiescente, C. Flaminio, tr. pl., quoad potuit restitit, agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem
 10 *dividenti : augurque cum esset dicere ausus est optimis auspiciis ea geri quae pro rei publicae salute gererentur ; quae contra rem publicam ferrentur contra auspicia ferri.* Multa in eo viro praeclara ; sed nihil est admirabilius quam quo modo ille mortem fili tulit, clari viri et consul-
 20 aris. Est in manibus laudatio ; quam cum legimus quem philosophum non contemnimus ? Nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus, sed intus domique praestantior. Qui sermo ! quae praecepta ! quanta notitia antiquitatis ! quae scientia iuris auguri ! Multae etiam,

ut in homine Romano, litterae. Omnia memoria tenebat, 25
non domestica solum, sed etiam externa bella.

XXIII. MARCUS PORCIUS CATO, 184 B.C.

THE LAST OF THE OLD ROMANS.

(De Off. I. 11, 36.)

Cato is generally known as Cato the Censor, because, in his famous censorship, 184 B.C., he tried to bring things back to the times of Cincinnatus and Curius. He was great-grandfather of Cato of Utica, the opponent of Caesar. He is best known by the sentence with which he ended every speech in the Senate: *Delenda est Karthago*, Carthage must be destroyed. Cato may be called the last of the old Romans, such as we have been reading about, because he only died forty years before Cicero was born.

Belli aequitas sanctissime fetiali populi Romani iure perscripta est. Ex quo intellegi potest, nullum bellum esse iustum nisi quod aut repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit et indictum. Popilius imp̄rator tenebat provinciam, in cuius exercitu Catonis filius tiro militabat. 5
Cum autem Popilio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. Sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Popilium scripsit, ut, si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiae sacramento, quia, 10
priori amisso, iure cum hostibus pugnare non poterat. Adeo summa erat observatio in bello movendo. M. quidem Catonis senis epistula est ad M. filium, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse a consule, cum

15 in Macedonia Persico bello miles esset. Monet igitur ut caveat ne proelium ineat; negat enim ius esse qui miles non sit cum hoste pugnare.

XXIV. SUMMARY.

(De Rep. II. 1, 2.)

The reason for the greatness of the Roman Republic—that it never depended on one great man, but always had many heroes amongst the citizens.

Hanc ob causam praestat nostrae civitatis status ceteris civitatibus, quod in illis singuli fuerunt fere qui suam quisque rem publicam constituerunt legibus atque institutis suis: nostra autem res publica non unius est ingenio, sed
5 multorum; nec una hominis vita, sed aliquot constituta saeculis et aetatibus.

ABBREVIATIONS.

(Compare Pr. p. 132.)

A.U.C., **anno urbis conditae**, the year since the city was built, *i.e.* deduct the figure from 753 B.C., and you get the date before Christ.

Cos., **coss.**, **consul**, **consules** (*consulibus*, if abl.) In abbreviations the Romans express a plural by doubling the last letter. Thus MS. = manuscript, but MSS. manuscripts.

P.C., **patres (et) conscripti**, the original fathers (senators), and those enrolled afterwards : = the Senate.

S.C., **senatus consultum**, a decree of the Senate.

Tr. pl., tribune of the *plebs* (commons); tr. mil., military tribune.

S.P.Q.R., **Senatus populusque Romanus**, the Senate and People of Rome.

Praenomina, or individual names.

These corresponded to our Christian names, and were generally only written in initials.

A. Aulus.	P. Publius.
C. ¹ Gaius.	Q. Quintus.
Cn. ¹ Gnaeus.	S. (or Sex.) Sextus.
D. Decimus (not Decius).	Ser. Servius.
L. Lucius.	Sp. Spurius.
M. Marcus.	T. Titus.
M'. Manius.	

The other abbreviations, such as pf. (perfect), impf. (imperfect), subj. (subjunctive), nom. (nominative), etc., hardly need explanation.

The references preceded by Pr. (as Pr. 151) are to the *sections* of the *Public School Latin Primer* (ed. 1882), unless p. also precedes (as Pr. p. 149), when the reference is to the *page*.

¹ The Romans wrote the initials, *but not the full name* of Gaius (a trisyllable, Ga-i-us), and Gnaeus, with a C, though the name was pronounced soft, like G.

NOTES.

I.—ROMULUS.

Line 2. **Condendae**, 'the building.' The gerundive does not always mean what *must* be done, but is only a longer form of the present participle. See Primer, Index, under the word *Gerundium*.

3. **patre**, abl. of origin; Pr. 123. Sometimes the prep. is added, as in VI. 3.

Dicitur . . . iussus esse. Copulative verbs like *dicor, videor*, etc., are used personally with the inf., rather than impersonally with the acc. and inf. Thus *dicitur iussus esse* is better than *dicitur eum iussum esse* would have been. Pr. p. 140.

5. **ad Tiberim**, 'by the Tiber.' According to Livy the river had overflowed, and they were put in the shallow water.

6. **cum esset**; *cum* with the subj. should not generally be translated by 'when,' but by the participle: = 'having been.'

silvestris beluae. This, in the legend, was a she-wolf. Two wolves are still kept on the Capitol at Rome.

8. **ut adoleverit**. *Ut*, here = when, and therefore would take the indic., but for being subordinate to the *oratio obliqua* following *perhibetur*. Pr. 152, ii.

9. **ferocitate**. Notice that *ferox* = bold; *ferus* = fierce.

10. **hodie** = **hoc die**; *dies* masc. = day; *dies* fem. = time; *longa dies* = a long time; therefore it is only masc. in the pl., because 'time' needs no plural.

11. **copiis**; notice the different meaning of sing. and pl. The dative may be considered as one of gratification (Pr. 106, 3), or as with a trajective word, *praebuisset*, that being a compound of *prae*. Pr. 106, a.

15. **qua**. Remember that a relative pronoun must often be translated by a demonstrative pronoun with a conjunction, *i. e.* not 'which glory,' but 'now this glory.' Pr. p. 156 (3).

16. **neque** is not followed by *neque* here as usual, but by *sed*.

When *neque* is followed by *sed* or *et*, do not translate it by 'neither,' but simply by 'not.'

17. **providentia.** This may be the abl. of quality (Pr. 115), or it may be taken as the abl. of the instrument, with *sensit*.

18. **ad spem,** 'in the hope.'

19. **conderentur . . . essent.** Why are these subordinate to *oratio obliqua*, and therefore in the subj. ? (Pr. 151 ; 152, ii.) Because *sensit ac videt* is the same as if Cicero had written, 'he said to himself.'

imperii. The genitive of proper names in *ius*, and neuter nouns in *ium* is *i*, not *ii* ; thus *Pompili, imperii*.

20. **periculis, dat.,** with trajective word. Pr. 106, a.

21. **qui,** not nom., but the old form of the abl., 'in what way.'

24. **quo ;** lit. 'by which way ;' translate 'that thus ;' see note on l. 15.

25. **quo.** Pr. 119, b.

